



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

72. Quare habitus Deo dicatarum virginum non debet ludibrio exagitari,  
sub pœna corporalis supplicij & exsilij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

es & cōstitutiones in authent. de monachis, collatione i. titu. 5. § Si quis autem fortè. & in authent. de sanctissimis episcopis, collat. 9. titu. 5. Clericos autem. & in l. Eum, qui pro- bolem, cum Glossa. cap. de Episcopis & cle- ricis. atque in leg. existimamus. cap. de Sum- ma Trinitate & fide Catholica. Quid facient Orientis Ecclesiæ? inquit Hieronymus, (ad- versus Vigilantium) quid Aegypti & sedis Apo- stolicae, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si vxores habuerint, mari- ti esse desistunt.

*Impp. Theodosius, Arcadius & Honorius in l. Mi- nime, c. de Episcopali audientia. Habitus Deo dicata- rum virginum non debet ludibrio exagitari, sub pe- na corporalis supplicij & exsilij.*

## CAP. LXXII.

**M**imæ, & quæ ludibrio corporis sui quæ- stum faciant, publicè habitu earum vir- ginum, quæ Deo dedicatæ sunt, non vtantur. In eandem sententiam Iustinianus Imper. in authent. vltima de sanctissimis Episco. (Collat. titu. 5. §. fin.) Omnibus, inquit, generaliter in- seculari vita conuersantibus, & maximè thea- tralia exercentibus, viris ac mulieribus, nec non ei prostantibus, interdicitur vti sche- mate monachi aut monastriæ, aut ascetriæ, aut cuiuscunque personæ cuiusmodi imitari solent: scientibus vniuersis præsumptibus aut vti tali schemate, aut imitari, aut illudere

in quacunq[ue] Ecclesiastica disciplina, quæ & corporalia supplicia sustinebunt, & exilio tradentur, prouidentibus huic rei non solum in eorum Episcopis, & qui sub eis sunt, Clericis sed etiam militaribus ciuilibusque iudicibus & quæ sub eis sunt officijs, & locorum doctoribus.

*Chrysostomus Homil. 2. in cap. 1. Epistol. 2. ad Thimoth. Grauisimus D. Chrysostomi locum tenentis illos, qui temerè pastores & sacerdotes detrahunt.*

## CAP. LXXIII.

**H**OC est malorum omnium causa, quæ rectorum autoritas perijt, nulla illis uerentia habetur, nullus honor, nullus metus. Qui honorat sacerdotes, Deum quærit honorat: qui uerò sacerdotem spernit, ad sensum prolabitur, ut in Deum ipsum aliquando contumeliosus euadat. Qui uos, inquit (Matth. 10.) suscipit, me suscipit. Et sacerdos ait, eius in honore habete. Hinc Iudei Deum adspernari didicerunt, quia Moysen contempserunt, quia lapidibus illum impetebant. Nam qui pie sacerdoti afficitur, longè maiore pietate Deum reuerbitur. Et si enim malus fuerit sacerdos quispiam, attendit Deus, quod illi gratia illum etiam, qui dignus honore non est, obsequijs fouet, ipseque tibi premia exhibet. Si enim, qui Prophetam in nomine Prophetæ suscipit, mercedem Prophetæ accipiet.